



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Michaelem Vasques, à calculo. 228

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

adiutam esse cognoscerent. Iam puella noctem vnam diemq; dimidium infomnis duxerat : quæ secundum vota , illicò dormire, tussiq; post libera ad officium redire, atq; vbera caput repositere, Fixa est eam in rem pro IGNATII sepulcro tabella, opis rogatæ acceptæque index.

227 Eodem tēpore Anna fuit Ruggiera; cui intestinus aurium strepitus caput miserè obtundebat; isque tantus ac tam diuturnus (annuum propè tulerat) vt auris dexteræ vsum omnem illi corruerit. Sed in eam partem cum quædam IGNATII pignora immisisset; votoque, anniuersarium ieiunium sub eius natalem, ac postridie sacrâ synaxin, decreuisset: pristinam valerudinem, sedato auriū tinnitu, recuperavit.

228 Domesticum est, quod subiungam. Michael Vasques, vir in
Socie-

Societate quatuor Vota profes-
sus, ac tum in Romano Collegio
studijs præfectus, die quodã Lu-
næ, circ. 15. xcix. incredibili late-
ris renumq; dolore vexari est cœ-
ptus, quanto perferendo iam vix
esset. Difflebat gelido sudore, o-
mniq; sensu propemodum de-
fectus, victurum se desperabat;
Multis Medicorũ suppetijs, quæ
vndique arcessiebantur, id vnum
visus proficere, vt valescere dolor
identidẽ crederetur. In eo discrimi-
mine Michael allatos IGNATI
pulveres piẽ deueneratus, ei se
cõmendat. Tunc reliquijs illuc
admotis, vbi vehemētissimus do-
lor sæuiebat, sentit cruciatũ inde
confestim refugere; etsi idem in
locis nondum cõtactis totus re-
staret. Igitur singillatim omnes
tentare insistit partes; omnesq;
quo ordine tetigit, deinceps per-
fanat: donec morbi indicium se-
nuf-

nufc
dein
hora
cruce
tur.
lis e
cis f
rum
quã
tus g
hæc
mul
fuer
rem
tã. E
tri o
dina
bus
nũ r
bi v
ficil
que
vire
accu

nusquam vllum ostendit. Tum
 deinde post quartam quintamue
 horam, cum nullo doloris sensu,
 cruenta lapidum fragmina eniti-
 tur. Ea, quod carnis velut tunicu-
 lis erant implexa, indicium medi-
 cis fecere lapidē occulta Lipsano-
 rum vi ruptum quidē, sed, pro eo
 quā erat acutus, intimos mea-
 tus grauiter saucia sse. Verū inter
 hæc surrexit illico æger, secus ac
 multi futurū estimarant; qui cen-
 fuerunt idcirco IGNATII precib-
 rem, non humana ope, perpetra-
 tā. Et fortè negotium ei tunc Pa-
 tri obuenerat, curandi apud Car-
 dinales, de Beato Parente celesti-
 bus honoribus donando. Vt alie-
 nū minimè sit suspicari, hac mor-
 bi violentia, tam repētina ac dif-
 ficili, eò Patrem illum laborasse,
 quo expertus per se ipse IGNATII
 vires, studiosius suam vicem in-
 accurando negotio fungeretur.